Quam mala dicebam nr̃e sunt crura puelle.
Nec tamen ut uerum confiteamur erant.
Quia breuis est & erat que multũ poscit amari.
Huic odij uenit maxima causa mei.
Brachia quia non sunt nr̃e formosa puelle.
Nec tamen ut uerum confiteamur erant.
Et mala sunt uicina bonis. errore sub illo.
Pro uitio uirtus crimina sepe tulit.
Qua potes in peius dotes deflecte puelle.
Inditiumq; breui. limite falle tuum.
Turgida si plena est. si fusca cũ nigra uocetur.
Et gracili macies crimen habere potest.
Et poterit dici petulans que rustica non est.
Et poterit dici rustica si qua proba est.
Quin etiã quacunq; caret sua femina dote.
Hanc moueat blandis. usq; precare sonis.
Exige quod cantet si qua ẽ sine uoce puella.
Fac saltet nescit si qua mouere pedem.
Barbara sermone ẽ fac tecum mlta loquatur.
Nec didicit chordas tangere. posce lyra.
Durius incedit fac ambulet. omne papille.
Pectus habent: uitium fascia nulla tegat.
Si male dentata ẽ narra qd' rideat illa.
Mollibus oculis. quod fleat illa refer.
Proderit & subito. cum se non finxerit ulli.
Ad dominam celeres mane tulisse gradus.
Auferimur cultu. gemmis auroq; teguntur.
Omnia. pars minima ẽ ipsa puella sui.
Sepe ubi sit qd' ames int tam multa requires.
Decipit hac oculos egide diues amor.
Improuisus adest. dependẽs tutus inermem.
Infelix uitijs excidet illa suis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0393

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG